

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna i  
cum fonte primo

Tanto illud quod ualde magnum est,  
quod nec oculus uidit quia non est color,  
nec auris audiuit quia non est sonus,  
nec in cor hominis ascendit quia cor hominis illuc debet ascendere,  
sumemus capacius, quanto id et fidelius credimus,  
et speramus firmius, et desideramus ardencius.

Augustinus ad Diascorum.

tanto quippe illud, quod ualde magnum est,  
quod nec oculus uidit, quia non est color,  
nec auris audiuit, quia non est sonus,  
nec in cor hominis ascendit, quia cor hominis illuc debet ascendere,  
sumemus capacius, quanto id et fidelius credimus  
et speramus firmius et desideramus ardencius.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 130.8 (CSEL 44,  
A. Goldbacher ed., pp.59-60, ll.19, 1-4).